

BIBL. DE L'UNIVERSITÉ



THÈSES

ANCIENNES

DU

XVII^E SIÈCLE

2



LA VRIILLIERE (Balthazar PHELYPEAUX DE).....Philosophie	9 août 1657	II 227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul- Philippe).Philosophie	8 sept. 1661	II 152 ,et II 152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)Philosophie	<u>3 nov.</u> 1662	II 153
LE BOUTHILLIER (François)...Théologie	<u>13 fév.</u> 1662	II 154 ,et II 154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY (Gaston-Jean-Baptiste)...Philosophie	8 juill. 1656	II 155
LE BRUN (Henri).....Philosophie	28 juill. 1659	II 156
LE CAMUS (André).....Philosophie	6 août 1660	II 157
LE CAMUS (Etienne).....Théologie	28 nov. 1656	II 158
LE CHAPÉLIER (Georges).....Théologie	18 févr. 1662	II 159
LE DOULX (Florent).....Théologie	<u>8 mai</u> 1656	II 160
LE FILLEUL (Claude).....Philosophie	10 août 1660	II 161
LE FRANC (Aegidius).....Philosophie	<u>5 septembre</u> 1660	II 162
LE GAIGNEULX (Jacques).....Théologie	7 janv. 1662	II 163
LE GOBIEN (Guillaume).....Théologie	2 oct. 1657	II 164
LE GRAS (Frère Bernard).....Théologie	12 févr. 1657	II 165
LE GRAS (Frère Bernard).....Théologie	29 nov. 1657	II 166
LE HOUX (Jean).....Philosophie	18 août 1658	II 167
LE MOYNE (Alphonse).....Théologie	17 avri. 1663	II 168
LE NORMAND (Fr. Guillaume)...Théologie	<u>10 jan.</u> 1662	II 169 ,et II 169bis.
LE PETIT (Nicolas).....Théologie	9 mai 1659	II 170
LE PICART (François).....Théologie	25 janv. 1652	II 171
LE ROUGE (Charles).....Théologie	13 avr. 1667	II 172
LE ROUX DE NEUVILLE (Pierre)Théologie	15 mai 1659	II 173
LE SAUVAGE (René).....Théologie	26 sept. 1657	II 174
LE TELLIER (François).....Philosophie	21 août 1661	II 175
LE VERRIER (René).....Théologie	26 juillet 1652	II 176
LELEU (Joannes-Baptista)...Théologie	<u>29 sept.</u> 1667	II 177
LEMPEREUR (F. Claude).....Théologie	<u>7 juin</u> 1669	II 178
LEMPEREUR (Henri).....Philosophie	10 juill. 1661	II 179
LENOIR (Pierre).....Philosophie	6 août 1662	II 180 ,et 180bis.
LECTAUD (Charles).....Théologie	23 mai 1664	II 181
LIONNE (Louis-Hugues de)...Philosophie	2 juill. 1662	II 182
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Philosophie	16 juill. 16..?	II 183
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Théologie	14 janv. 1664	II 184
LOTTEAUX (Louis).....Théologie	19 sept. 1669	II 185
LOUBERES (F. Prosper).....Théologie	5 août 1669	II 186
LOUVERES (F. Pierre).....Philosophie	2 août 1665	II 187
LOYS (F. Jérôme).....Théologie	9 févr. 1662	II 188
MACQUEHE (Nicolas).....Philosophie	12 juill. 1670	II 189
MAILLARD DE LA BOISSIERE (Jean)....Philosophie	10 août 1662	II 190

MAILLET (Pamphile).....Théologie	5 déc. 1661	II 191
MALETESTE (Jean).....Théologie	<u>11 avr.</u> 1663	II 192
MALITOURNE (Jacques).....Philosophie	10 août 1665	II 193
MALLET (Nicolas).....Théologie	15 oct. 1663	II 194
MARGUERY (Nicolas).....Philosophie	30 juill. 1651	II 195
MARILLAC (André de).....Philosophie	10 août 1659	II 196 ,et II 197
MARILLAC (René de).....Philosophie	3 août 1659	II 198
MARNE (F. Georges).....Philosophie	29 mai 1662	II 199
MAUGER (Laurent).....Philosophie	8 juill. 1663	II 200
MAURAGE (Pierre).....Théologie	3 sept. 1669	II 201
MELICQUE (Nicolas).....Philosophie	8 août 1660	II 202
MELUN DE MAUPERTUIS (Mathieu de).Théologie	<u>8 août</u> 1660	II 203
MERAULT (Pierre).....Philosophie	7 juillet 1658	II 204
MEUR (Vincent).....Théologie	4 juin 1661	II 205
MICHAU (Jean).....Théologie	29 mars 1662	II 206 ,et II 206bis)
MICHON (Michel).....Philosophie	2 oct. 1662	II 207
MINGUET (F. Charles).....Philosophie	5 juillet 1652	II 208
MOLE (Louis).....Philosophie	28 août 1661	II 209
MONCHY D'HOCQUINCOURT (Gabriel de)..Philosophie	22 août 1660.	II 210
MONTEIL DE GRIGNAN (Gabriel-Adheimar)....Théologie	4 janv. 1662	II 211
MOREL (Zacharie).....Philosophie	<u>16 août</u> 1671	II 212
MORIN (Henri).....Théologie	23 janv. 1660	II 213
MORROGH (Pierre).....Droit canon	<u>16 avr.</u> 1669	II 214
MOUSSEAUX (Pierre).....Théologie	17 mars 1668	II 215
NATTIN (Jean).....Théologie	<u>14 nov.</u> 1669	II 216
NOÛT (Anne).....Théologie	21 mai 1663	II 217
O MOLONY (Mathieu).....Droit canon	28 mai 1664	II 218 ,et II 218bis.
PAIOT DE LIMERMONT (Séraphin)..Philosophie	26 août 1661	II 219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE- DU-MAINE (François)....Théologie	30 déc. 1655	II 220 ,et II 220bis.
PAPELANT (Jacques).....Droit canon	11 août 1661	II 221
PAUROT (Charles).....Philosophie	28 juill. 1660	II 222
PERCHERON DE LESPINE (Balthazar).....Théologie	28 juin 1657	II 223
PERCIN DE MONTGAILLARD (Pierre-Jean-François de).Théologie	5 févr. 1656	II 226
PERIER (Antoine).....Théologie	9 sept. 1662	II 224
PERRIN (Guillaume).....Théologie	24 janv. 1651	II 225
PICQUES (Bernard).....Théologie	5 mai 1663	II 228
PICQUES (Louis).....Philosophie	1er juill. 1657	II 229
PIETRE (Paul-Claude).....Philosophie	14 sept. 1662	II 230
PIN (Jean).....Philosophie	29 juin 1665	II 231
PIOT (Jean).....Théologie	<u>23 fév.</u> 1662	II 232
PISTEL (Laurent).....Philosophie	16 juill. 1662	II 233

POITEVIN (Armand).....Philosophie	25 juill. 1648	II 234
PONCET (Michel).....Philosophie	11 juill. 1660	II 235
POREY DU PARCQ (René).....Philosophie	28 juill. 1661	II 236
POTIER (Jean).....Théologie	22 févr. 1662	II 237
POULIN (François).....Philosophie	15 juill. 1663	II 238
PURCELL (John).....Philosophie	4 juin 1666	II 239 ,et II 239a,b,c et d.
REGNARD (Jean).....Philosophie	8 juill. 1662	II 240
REGNAUD (Julien).....Philosophie	...juin 1658	II 241
REGNAUD (Julien).....Théologie	10 nov. 1661	II 242
REGNAUD (Julien).....Théologie	<u>30 août</u> 1664	II 243
RESTAURAND (F. André).....Théologie	<u>11 oct.</u> 1655	II 244
ROBERT (Jean).....Droit canon	<u>30 déc.</u> 1665	II 245
ROSTIN (Michel de).....Théologie	28 févr. 1656	II 246
ROSTIN (Michel de).....Théologie	1er fév. 1661	II 247 ,et II 247bis.
ROUSSEAU (Jean).....Philosophie	7 juill. 1668	II 248
ROYNETTE (Simon).....Théologie	18 avr. 1662	II 249
SANTEUL (Pierre de).....Théologie	12 juill. 1661	II 250 ,et II 250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)...Philosophie	29 juin 1662	II 251 ,et II 251bis.
SAUSSOY (Jean).....Théologie	9 nov. 1646	II 252
SAVIGNAC (Louis de).....Théologie	<u>4 janv.</u> 1670	II 253
SELLIER (Claude).....Théologie	<u>13 févr.</u> 1662	II 254
SENAUX (Bertrand de).....Théologie	<u>23 fév.</u> 1662	II 255
SEVERT (Antoine-François)..Théologie	20 mars 1668	II 256
SEVIN (Michel).....Théologie	8 févr. 1668	II 257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)Théologie	17 jan. 1654	II 258 ,et II 258bis.
SIMENEL (Pierre).....Théologie	1er fév. 1662	II 259 ,et II 259bis, ter et quater.
STAPLETON (Edmond).....Philosophie	24 juin 1668	II 260
SUZE (Anne-Tristan de).....Philosophie	25 juill. 16..	II 261
TAMPONNET (Antoine).....Théologie	11 févr. 1664	II 262 ,et II 262bis.
TANOAIN (Julien de).....Théologie	<u>8 févr.</u> 1661	II 263
TERRAT (Gaston-Jean-Baptiste)Philosophie	27 juill. 1661	II 264
VAILLANT (Antoine).....Philosophie	5 août 1657	II 265
VALEELLE (Louis-Alphonse de)Théologie	7 nov. 1664	II 266
VANIER (Claude).....Philosophie	?.....	II 267
VERDUN (Claude).....Philosophie	10 août 1659	II 268
VIC (Médéric de).....Théologie	<u>31 déc.</u> 1664	II 269
VREVIN (Antoine de).....Théologie	20 avr. 1657	II 270

--000000--





SPLENDOR ILLVSTRANTI. POENITENTIAM, QVAM IN SE CONSECRAVIT FIDELIBVS PRÆDICANTI. QVÆSTIO THEOLOGICA.

247^{bis}

Quenam secundum Deum tristitia? 2. Cor. 7.

POENITENTIA, quæ singulis hominibus qui se mortali aliquo peccato inquinaverunt, quovis tempore ad gratiam & iustitiam assequendam fuit necessaria. Virtutis propriè dictæ rationem ipsi competere quid vetat? sed caue ne generalem dicas, aut virtutum quandam aggregationem; specialis enim est, non quidem cum charitate, aut religione confundenda; cum operetur ad destructionem peccati quatenus est offensivum Dei, cum intentione compensandi iniuriam ipsi illatam, ad iustitiam eamque commutatam, reuocandam esse potius arbitror; Non habet locum in damnatis, illius anxietates procul remouet foelix beatorum status, arceat ab innocentibus iustitiæ originalis tranquillâ possessione, illam denique non patitur summa Christi impeccabilitas, fuisse autem in Beata Virgine quantum ad habitum qui asseret, non repugnabo.

LONGE vberiori misericordiâ in lege gratiæ prouisum est ad Deo, cum virtus poenitentiae ad dignitatem Sacramenti euecta est, quo peccatores à suscepto baptismate reconciliarentur; hanc Catholicorum doctrinam acrius impugnarunt plures heretici, Montanistæ (quos inter, ipsum Tertullianum annumerari dolemus) Nouatus & Nouatianus, ille Carthagenensis, hic Romanus, ille Presbyter, hic dolis & artibus, à duobus Episcopis ex angulo Italiæeductis, rudibus & simplicibus, in Episcopum ordinatus est. Non vna fuit, quantum ad præsens institutum, Magistri & discipulorum doctrina; hi paulo mitiores, leuioribus criminibus veniam concedendo, grauioribus denegarunt, licet vtrisque poenitentiam imponerent; hæreticæ institutionis inefficax & vana traditio, hortari ad satisfactionis poenitentiam, & subtrahere de satisfactione medicinam. Neoterici ab Antiquis venenum mutantur, cum negant Ecclesiæ concessam esse à Christo Domino potestatem ad remittenda fidelium peccata; poenitentiae enim Sacramentum ea destruit, modo peccator cum dispositionibus accedat: licet autem perfectissima sit poenitentia, quando sic conuertitur quis, vt non reuertatur, quando sic præterita plangit, vt stenda iterum non committat, iterari tamen potest, nec cum baptismo confundenda.

SACRAMENTI poenitentiae materia duplex est, remota & proxima; remota, sunt peccata actualia à suscepto baptismate commissa; proxima, sunt actus poenitentis, contritio, confessio & satisfactio. Nugantur hæretici maximè, asserentes duas tantum esse Sacramenti poenitentiae partes, terrores videlicet conscientiae incussos, qui desperationem inducant, & fidem quâ postea peccator perfusus, sibi peccata remissa esse confidat: cæterum inter poenitentis actus principem locum tenet contritio quæ duplex est, alia perfecta, alia imperfecta, quæ attritio vulgò nuncupatur; hæc non sufficit sine actuali susceptione Sacramenti, illius tanta vis est atque efficacia, vt nulla sit peccatorum grauitas & multitudo quam non opprimat: perfectam bene definieris, dolorem ac detestationem de peccato commisso, propter Deum super omnia summè dilectum; imperfectam verò dixeris, inchoatè dilectum; Poenitentiam enim certam non facit, nisi odium peccati & amor Dei: timorem tamen vtilem maximè iudices; vt potè qui locum præparet charitati.

NON omnino igitur mortuus esse debet poenitens, sed vitam quasi inchoatam ducere, ac desiderare sua vt vincula soluantur; eum Christus suscitât per Sacramentum & soluit: peccatum quod diligitur, confitendo minimè deletur; multi quidem aperiunt peccata, sed confitendo nequaquam desistant; ij professò nihil agunt, quia quod confitendo ejiciunt, amando introducunt. Peccator statim atque crimen suum animaduertit, non tenetur de illo contritionis actum elicere, vtget maximè eius præceptum in imminente periculo, & cum sacra mysteria tractanda sunt; consulerem vt diebus Dominicis & Festiuis non omitteretur: contritio alterum sensus, alterum animi dolorem importat; hic esse nimis seu excedere nequit. Si contritionis rationem & essentiam perpenderis, non quidem circa peccatum originale, sed circa omnia & singula mortalia quorum poenitens post exquisitam & accuratam diligentiâ recordatur, versari debere intelliges, pensandamque esse potius ardore mentis & mortificatione corporis, quàm mensurâ & quantitate temporis.

SOLVIT criminum nexum verecunda Confessio peccatorum; plerisque tamen hoc opus, aut suffragere, aut de die in diem differre præsumo, pudoris magis memores, quàm salutis. Confessio à Christo Domino instituta est, non à Sacerdotibus subtiliter inuenta, vt quotidiè debilerant heretici: eò limitata est à Concilio Lateranensi cap. omnis viri &que sexus, vt semel saltem in anno, proprio fieret Sacerdoti, cuius nomine intelligendus venit Parochus, saluo tamen & integro iure Episcoporum in suis Diocæsis; & ideo si videatur ipsis necessarium ad salutem plebis promouendam, quod Regularibus, quæ sunt iurisdictionis committant, in nullo sit Præiudicium inferioribus Prælati qui non querunt quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi. Integra esse debet & sincera Confessio; in eâ singula mortalia cum circumstantijs quæ speciem mutant vel augent notabiliter, enuntiari oportet; quare tenetur poenitens, sinus omnes conscientiae suæ & latebras diligenter explorare; nam sæpè sibi de se mens ipsa blanditur. Licet complicem declarare, siue cum integritas Confessionis illud postulat, siue cum absque tali declaratione, Sacerdos non potest satis prouidè consulere poenitenti.

MILITVM cum ad pugnam se accingunt, & nauigantium cum ingruit vehemens tempestas, generalis Confessio Sacerdoti facta, improbari non potest; vtrique enim Sacramentalis est, & absolutio gratiæ productiua, modo alia conditiones adint. Confessio in publicam & auricularem diuidi solet; illam sustulit Nestorius non istam; abrogatam probauit Chrysostomus, neuter priuatam impugnavit: non solum de publicis, publica fuit, sed etiam de occultis, in vindictam scelerum, ob aliorum exemplum, & Ecclesiæ offensæ ædificationem: prudenter autem se semper gessit Ecclesia circa publicam illam secretorum criminum manifestationem, ne multi à Poenitentiae remedijs arcerentur, dum autem befecerent, aut metuerent, inimicis sua facta referari, quibus possent legum constitutione percelli. Confessionem Sacramentalem validè simul & licitè factam fuisse olim Sacerdoti absenti, & ab eo beneficium absolutionis concessum esse, testatur vetus Ecclesiæ praxis; sed ab eâ nunc, propter grauiam momenta, recessere summi Pontifices; vnde Sacerdos qui nunc absentem absolueret, mortis æternæ fieret reus.

DEVS vt est summè misericors, ita vltionum Dominus est; non totaliter igitur parcit peccantibus, sed culpâ peccatorum remissa plerumque poenam ab ipsis exigit; hinc satisfactionis necessitas; in hac non verba tantum, sed opera queruntur; neque vulnere debet esse minor medicina: quare qui peccatis conuiuent, & indulgentius cum poenitentibus agunt, leuissima quædam opera pro grauissimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiuntur; nec pacem se dare, imò bellum se vehementius accendere intelligant: imponant igitur Sacerdotes grauitati scelerum poenas commensuratas, easque poenitentes studeant adimplere. Plus æquo sibi arrogat, qui Poenitentiam ab alio iniunctam reuocant, vel commutat, nisi eandem excipiant Confessionem, aut constet de errore, vel denique poenitentis impotentia nota sit. Homo licet in statu peccati mortalis, potest Deo satisfacere, si actum vel affectum peccandi deponat. Qui Sacramentalem satisfactionem in aliâ vitâ imprudenter adimplendam dimittit, non effugiet æternos ignes.

FVERVNT olim in Ecclesiâ laboriosæ quædam stationes, & ressiçescente paulatim charitate, Poenitentiae labor in 4. gradus fuit distributus: primus gradus, erat fletus; in eâ statione, Poenitentes tonsis capillis, cilicio & cinere sordidati, iniquitatem suam ante vestibulum templi, desebant, & fidelium genibus aduoluti, se se illorum precibus commendabant: 2. gradus, erat auditus, in quo poenitentes intra Ecclesiæ porticum cum Catechumenis collocabantur, sacras catecheses audirent, & veluti fidei mysterijs initiandi, quorum obliti peccando præsumebantur: 3. gradus, erat substratio, in quo poenitentes ab extremis Ecclesiæ partibus, vsque ad ambonem, idest ab audientium loco, ad locum fidelibus destinatum constituti, variis poenitentiae generibus exercebantur; hæc statio erat omnium durissima, quæ tandiù fuit in Ecclesiâ, quandiu poenitentiarum publicarum disciplina viguit: sequebatur denique conscientia; in hac, poenitentes ab Euchariistâ separati, sine oblatione, fidelium dumtaxat orationibus communicabant. Ex quibus intelliges diu in Ecclesiâ fuisse laudabilem consuetudinem satisfactionis adimplendæ, antequam absolutionis beneficium perfolueretur poenitentibus, nisi mortis instaret periculum: tunc enim absoluebantur, nondum adimpleto poenitentiae cursu: prædicti poenitentiae gradus non semper sigillatim decurrebantur.

CAUTE salubriterque prouisum est ab Ecclesiâ, vt locus illius humillimæ poenitentiae, quæ pro grauioribus, non pro singulis mortalibus imponebatur, semel tantum concederetur, ne medicina vilesceret, quæ tanto magis fructuosa, quanto minus contemptibilis. Absolutionem sub formulâ deprecatiuâ, æquitalenter indicatiuâ aliquandiu viguisse multi asserunt: circa eius Ministrum declarat sancta Synodus Tridentina, à veritate Euangelicâ alienas esse penitus doctrinas, quæ ad alios, præter sacerdotes, clauum potestatem perniciosè extendunt; vnde ab errore non sunt immunes ij, qui Diaconis potestatem Sacramentaliter absoluendi concessam esse contendunt: quilibet autem Sacerdos validè non potest absolvere, sed est tantum, qui iurisdictionem habet ordinariam, vel delegatam: ordinariam potestatem Sacramentaliter absoluendi concessam esse effectiua Catholicorum est effatum; sacerdotibus enim nouæ legis, animæ sordes non dico purgatas probare, sed purgare prorsus concessum est, modo peccatores sincere conuertantur ad Deum per poenitentiam, quæ est secundum Deum tristitia.

*Has Theses, Deo duce, fauente S. Teresâ & Præsidente S. M. N. THOMÆ REGNOVST, in sacra Facult. Parisiensi Doctore Theol. nec-non Prochodochij generalis Rectore vigilantissimo, tueri conabatur
MICHAEL DE ROSTIN Presbyter Aurelianensis & in eadem Facultate Parisiensi Baccalaureus Theologus, Die 1. Februarij, Anno Domini 1661. ab octauâ matutinâ ad sextam vespertinam.*

IN SORBONA.
PRO MAIORE ORDINARIA.